Würzburg, um 1255/1260

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



tuum & annunciabit tibi: maiores tuos & dicent tibi. Quando diuidebat altissimus gentes: quando separabat filios adam. Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum israhel. Pars autem domini populus eius: iacob funiculus hereditatis eius. Inuenit eum in terra deserta: in loco horroris & uaste solitudinis. Circumduxit eum & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos: & super eum uolitans. Expandit alas suas & assumpsit eos: atq; portauit in humeris suis. Dominus solus dux eius fuit: & non erat cum eo deus alienus. Constituit eum super excelsam terram: ut comederet fructus agrorum. Vt sugeret mel de petra: oleumq; de saxo durissimo. Butyrum de armento & lac